

De vestimentis

Aliquot ante annos cum universitatem Indicam visitaremus David se sibi vestem elegantem confici constituit. Ille vestificus cui id munus mandavimus vir erat taciturnus: silens Davidi gestibus significavit ut bracchia laterale porrigeret ad latitudinem et altitudinem metiendas, silens mihi selectionem textorum monstravit, et denique nobis duobus verbis valedixit: *Hebdomada proxima.* Laetitia captus David se eum modum vestimenta emendi odysseae per innumerabiles tabernas praeferre dixit: se nihil magis odium habere quam cum sibi iterum et iterum nova vestimenta essent induenda quae sua sententia sibi optime convenienter sed quae ego primo aspectu reicere solerem.

Cum post hebdomadam iterum in illam tabernam ingressi sumus vestificus ministro suo gestibus mandavit ut vestem confectam afferret. David se in illam partem tabernae recepit velo latam ad illam vestem experiendam. Cum tempore labente David non appareret sed velum sursum et deorsum motum esse quasi pugna violenta eveniret animadverterem aliquid non quadrare suspicata sum. Denique Davide apparente obstupefacta sum: iacca ingenti David et ego una cingi potuissemus; contra, manus Davidis ex manicis brevibus eminerunt, et bracae tam erant parvae ut David vix respirare potuit. Erubescens David illas bracas fortasse paulum artas esse murmuravit; postea se vestificum vexare noluisse confisus est. Laetitia lacrimans vix respondere potui: illam vestem haud ei destinatam esse patere!

Tranquillo animo vestificus Davidem aspiciens et caput quatens aliam vestem attulit. Iterum David se post velum recepit ad illam secundam vestem induendam in qua spes nostra erat posita. Cum David contentus se ipsum in speculo aspexit vestifico contento subidente admirans ei plausi: aspectus eius expectationem meam vinxit. Subito aliis vir in tabernam ingressus est: parvae staturaes sed satis pinguis, bracciis brevibus vehementer gesticulans. Vix risum continere potui: illam primam vestem ei viro summopere convenire certa eram!